



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Praeconium alterum in Deum, qui per filium suum lapsos in errores  
illuminavit. Cap. LVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

recta communitatis & societatis humanæ moderatio, etiam ad illos in rectam viam deducendos, valebit plurimum. Nemo alteri exhibeat molestiam: quod cuiusque animus vult, hoc quisque tranfigat. At verò recte de Deo sentientibus penitus persuasum esse debet, ipsos solos, quos ipse vocas, vt in sacratis tuis legibus acquiescant, sancte & incorrupte vitam traducturos. Qui verò seipfos inde abstrahunt, commentitii erroris delubra pro arbitrato habeant: nos autem splēdi dissimum tuæ veritatis domicilium, quod natura nobis largitus es, teneamus. Hoc etiam illis optamus, vt videlicet per communem concordiam, latitiam aucto percipiant.

*Præconium alterum in Deum, qui per filium suum lapsos in errores illuminauit.*

CAP. LVI.

**Q**uod vero ad nostræ religionis institutum attinet, non nouum aut inauditum esse credimus, sed te ex eo tempore, quo hæc vniuersarum rerum fabrica firme coagmentata fuit, idem ipsum cum tuo venerando cultu obseruandum præcepisse: Cæterum humanum genus hallucinatum est, variis errorum opinionibus a veritate abductum: at tu per filiū tuū, vt peruerfitas illa non in dies magis magisque ingrauesceret, puro lumine porrecto, omnes in tui memoriam reuocasti.

*Præconium item aliud in Deum, ex orbis vniuersi administratione.* CAP. LVII.

**T**ua potentia nos innocentes & fideles reddit: tuæ res gesta ista confirmant: quippe sol & luna ratum suū & legitimū cursum tenēt: neq; sydera absq; ordine, totius mundi orbē lustrant: temporū vicissitudines certa lege reuoluuntur: solida terræ stabilitas tuo verbo cōtinuatur: vêtus præstituto tēpore, motum ciet: aquarum lapsus præcipitans immenso quodā & infinito cursu fertur: mare immobilibus terminis circuncluditur: quodcumque per terram perque oceanum

Kk 4

fufum